

Dicimus nos de talibus rebus nichil cogitare solere mentimur. Si autem fatemur habitare ista in cogitationibus nostris. quomodo rapimur amore indagande veritatis flagrant iure caritatis. ut eis indicemus quid hinc excogitare potuerimus. non quia iam acceperim. aut perfecti sumus. Nam si paulus apostolus. quantomagis ego longe infra illius pedes iacens. Non me arbitror apprehendisse. sed pro modulo meo si ipsa que retro sunt obliuiscor. et in anteriora me extendo et secundum intentiones sequor ad palmam supernae uocacionis quantum eiusdem uie pegerim. et quo puenerim unde michi in fine reliquus cursus est. ut illis apertam desideratur a me desideratibus. quibus me seruire cogit libera caritas. Oportet autem et donabit deus ut eis ministrando que legant. ipse quoque proficiam. et eis cupiens respondere querentibus. ipse quoque inueniam quod querebat. Ergo suscepi hec iubente atque adiuuante domino deo nostro. non tam cogita cum auctoritate differere. quam ea cum pietate differendo cognoscere.

cap 9^o

De quibus nominibus istis monentur

Qui dixerunt dominum nostrum ihesum christum non esse deum. aut non esse uerum deum. aut non cum patre unum et solum deum. aut non esse immortalē. quia mutabile manifestissima diuino testimonio et consona uoce conuicti sunt. unde sunt illa. in principio erat uerbum et uerbum erat apud deum et deus erat uerbum. Manifestum est enim quod uerbum dei filium. dei unicum accepimus. de quo per dicit. Et uerbum caro factum est. propter natiuitatem incarnationis eius que facta est in tempore ex uirgine. Ideo autem declarat non tantum deum esse. sed etiam eiusdem cum patre substantie. quia cum dixisset. et deus erat uerbum. hoc erat inquit in principio apud deum. omnia per ipsum facta sunt et sine ipso factum est nichil. neque enim dicit omnia nisi que facta sunt. id est omnem creaturam. Unde liquido apparet ipsum factum non esse per que facta sunt omnia. Et si factus non est. creatura non est.

apud deum

eiusdem cum patre substantie est. Omnis enim substantia que deus non est. creatura. et que creatura non est. deus est. Et si non est filius eiusdem substantie cuius est pater. ergo facta substantia est si facta substantia est non omnia per ipsum facta sunt. at omnia per ipsum facta sunt. Unus igitur eiusdemque cum patre substantie est et ideo non tantum deus sed et uerus deus. quod idem iohannes apostolus in epistola sua dicit. Scimus quod filius dei uenerit. et de deo rit nobis intellectum ut cognoscamus uerum et sumus in uero filio eius ihesu christo. hic est uerus deus. et uita eterna. Hinc etiam consequenter intelligitur non tantummodo de patre dixisse apostolus paulum qui solus habet immortalitatem. sed de uno et solo deo quod est ipsa trinitas. Neque enim ipsa uita mortalis est secundum aliquam mutabilitatem. ac per hoc filius dei. quia uita eterna est cum patre. etiam ipse intelligitur ubi dictum est qui solus habet immortalitatem. Eius enim uita eterne et nos participes facti pro modo nostro immortales efficimur. sed aliud est ipsa cuius participes efficimur uita eterna. aliud nos qui eius participatione uiuimus in eternum. Si enim dixisset quomodo temporibus propriis ostendet pater beatus et solus potens. rex regum et dominus dominantium. qui solus habet immortalitatem. nec sic inde sepatum filium oporteret intelligi. Neque enim quia ipse filius alibi loquens uoce sapientie. ipse est enim dei sapientia atque spiritum celi cuius sola sepat a se patrem. Quantomagis ergo non est necesse ut tantummodo de patre propter filium intelligatur quod dictum est qui solus habet immortalitatem. cum ita dictum sit. ut serues inquit mandatum sine macula. irreprensibile usque in aduentum domini nostri ihesu christi. quomodo temporibus propriis ostendet beatus et solus potens rex regum. et dominus dominantium qui solus habet immortalitatem. et lucem habitat inaccessibilem. quem nemo hominum uidit. nec uidere potest. cui est honor et gloria in secula seculorum amen. In quibus uerbis nec pater proprie nominatus est.

104. v. 7 fi

104. v. 7 fi